



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XXVI. De iudicibus aut potentibus, qui pauperes opprimunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

**XXVI.**

Vt iudices aut potentes qui pauperes oppri-  
munt , si commoniti a pontifice suo se non emen-  
dauerint , excommunicentur.

**XXVII.**

Nullus episcoporum de ordinationibus cleri-  
corum præmia præsumat exigere , quia non solum  
sacrilegum , sed & hæreticum est , sicut <sup>8</sup> in dogma-  
tibus ecclesiasticis habetur insertum , ad ordinan-  
dum clericum per ambitionem , ad imaginem Si-  
monis magi , pecuniam offerre sacerdoti ; quia di-  
citur : *Gratis accepisti , gratis date.* Et cum talis sit <sup>Matth.10.</sup>  
qui gratiam Dei a sacerdote æstimat precio com-  
parari , qualis ille qui vendit , vterque usque ad Sy-  
nodum ab ecclesia segregetur. Cauta est enim in  
salutem prouisio ad effugiendam culpam delicti ,  
aditum delinquendi repellere.

**SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.**

Euphronius Turonicæ ciuitatis episcopus has constitutiones nostras  
relegi & subscripsi. Notauit sub die X V. Kalendas Decembris , an-  
no VI. regni domini nostri Chariberti glorioissimi regis.

<sup>h</sup> Prætextatus , et si peccator , in Christi nomine episcopus ecclesiæ  
Rothomagensis , hunc consensum nostrum secundum patrum sta-  
tuta relegi , consensi , & subscripsi , sub die X V. Kalendas Decem-  
bris , Turonus.

Germanus peccator episcopus ecclesiæ Parisiacæ consensi & sub-  
scripsi.

Felix peccator episcopus ecclesiæ Namneticæ consensi & subscripsi.  
Chaleticus peccator episcopus ecclesiæ Carnotensis consensi &  
subscripsi.

Domitianus peccator episcopus ecclesiæ Andegauensis consensi &  
subscripsi.

Victurius peccator episcopus ecclesiæ Rhedonicæ consensi & sub-  
scripsi.

Domnulus peccator episcopus ecclesiæ Cenomanensis consensi &  
subscripsi.

Leudebaudis peccator episcopus ecclesiæ Sagensis consensi & subscr.

H h h iij